



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

157. Quomodo Confessarius tempore mortis debeat impartiri Indulgentiam Bullæ Cruciatæ moribundo? Et an Indulgentia Bullæ solum concedatur pro articulo, & non pro periculo mortis? Et si Confessarius ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

RESOL. CLVI.

Quomodo sit applicanda morituris Indulgentia Bullæ Cruciatæ?  
Ex multa circa hoc in textu huius Resolutionis explanatur, & pro praxi menti tenenda. Ex p. 5. tract. 3. Ref. 133.

**N**on est necessarium ut habens Bullam hanc, consequatur Indulgentiam, quod expresse & formaliter perat sibi eam a Confessario applicari, sed sufficit quod reuera applicetur a Confessario, & ex parte penitentis virtualis petitio, seu interpretativa voluntas petendi hanc Indulgentiæ applicationem, id quod si aduersifiet, aut potuisset, eam postulasset.

Ia Nauar. 10. n. 12. Suarez infra num. 8. Imo nec est

necessarium ut is, cui talis Indulgentia conceditur, per-

cipiat & intelligat sibi concedi, vt docet Suarez.

in 3. p. disp. 56. sect. 1. n. 7. Quare si quis repente omnem fidentiam & rationem amittat, constitutusque in mortis articulo, nullumque signum confessionis, vel contritionis in ordine ad confessionem dederit, quamvis non possit sacramentaliter absoluiri, si tamen habeat induitum Indulgentiæ, & aliquibus coniecturis constet illum esse in Itatu gratiæ, porerit ei à Ministro designato Indulgentia applicari. Ita tenet Suarez obi. su-

pa. num. 7. Corduba de indal. q. 36. punt. 2. & Henr. q.

7. cap. 6. 4. lit. Q. Vnde non oportet ut infirmus pro

Indulgentiæ confectione prius petierit & designauerit

Sacerdotem Confessarium in particulari, sed sufficit

illa interpretativa voluntas, sic enim Eucaristia &

Extrema-Vnctio datur infirmo, quia eo ipso quod

Christiane vixit, censetur in eo articulo interpretatiæ

percepsisse Sacramenta & Indulgentias, quæ sunt re-

media salutis, vt dictum est, & tenet Henr. quez lib. 3.

de p. 5. cap. 9. n. 4. vbi dicit: Nec oportet ut infirmus

pro eius Indulgentiæ confectione designauerit Sa-

cerdotem in particulari, & hæc omnia docet etiam

Trullenck in exp. Bullæ Cruci. l. 1. §. 7. c. 2. dub. 19. num. 5.

qui n. 13. opimie obseruat, quod si infirmus iam mori-

tur, effeq. periculum in mora, his duobus verbis,

Absoluiri, potest absolui a peccatis, & applicari Indul-

gentia, & a censuris absolui, si id absoluens intendat,

quod semper intendere præsumendum est, dum non

aberrant intentionem, quia semper intenderet

afftere quidquid potest, nam verbum, Absoluiri, ex se

intendit, est ad absolutionem a peccatis, censuris, &

Indulgentiæ: ergo potest ad omnia hæc ex intentione

absoluens determinari, & omnia illa comprehendere;

prædictum cum non oporteat ut absoluens suis verbis

explicat totum effectum, & modum Indulgentiæ,

sunt facta est ut penitentis practice & humano modo

intelligat voluntatem & actionem absoluens.

Vnde si his idem Trullenck ex Suarez inferat posse Confes-

sarium huiusmodi Indulgentiam concedere per verba

absolutionis sacramentalis, etiam si nihil sciat de indul-

gentiæ, neque ipse penitent ex obliuione, vel

indulgentiæ Indulgentiam petat, dummodo Confes-

sarius intendat absoluere non solum à culpa, sed etiam

à pena, quantum potest quicunque titulo, quia, vt

dicitur est, absolutionis verba ad utrumque determina-

ntur. Et ex parte recipientis sufficit virtualis,

interpretativa voluntas consequenti quantam re-

sufficiet, sicut ad Extremam Vnctionem reci-

piendam sufficit voluntas interpretativa, quam quidem

interpretativa voluntatem aliquis infallibiliter habe-

re, si animaduerteret, aut interrogaretur de huius In-

dugentiæ confectione. Ego autem dictas Indulgen-

tiæ post sumptum Sacramentum Extremæ- Vnctionis

applicare solem.

RESOL. CLVII.

Quomodo Confessarius tempore mortis debeat impetrari Indulgentia Bullæ Cruciatæ moribundo?

Et an Indulgentia Bullæ solam concedatur pro articulo, & non pro articulo mortis?

Et si Confessarius non velit utri forma tradita à Commissario, an satis sit dicere, concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute huius Bullæ, etiam si hoc ore tenuis non explicet, sed solam in mente habeat?

Et si aliquis confiteatur ut Indulgentias huius Bullæ obtinet, & Confessarius ex malitia etiam non absoluat, an lucretur Bullæ Indulgentias?

Et an in articulo mortis, quando Clericus haberi non potest, an laicus possit concedere Indulgentiam Bullæ? Ex p. 1. tr. 1. Ref. 106.

§. 1. **R**espondeo, impetrando illam sub conditione, v. g. Si vere mortem obieris, imperio tibi Indulgentiam Bullæ; alioquin seruit tibi Deus hanc Indulgentiam ad instans mortis. Et ita fieri iubet Bullæ Commissarius, vt non autem Fernandez in exam. Theolog. moral part. 3. cap. 9. §. 9. num. 4. qui citat Nauarum, & Cordubam. Et hanc proximam etiam docuerunt Villalobos in sum. tom. 1. tract. 7. claus. ir. numero 3 & Vegha in sum. tom. 2. c. 7. claus. 13. Et ratio huius praxis est: quia, si sub tali conditione Indulgentia detur, si ex illa infirmitate æger convalluerit, & postea incideret in alium articulum mortis, non indigeret noua Bulla ad Indulgentiam confundendam: quod mente teneant Confessarij. Notandum est vero, quod Indulgentia Bullæ solam conceditur pro articulo, & non pro periculo mortis.

2. Notandum est etiam, quod si Confessarius non velit utri forma tradita à Commissario, satis est dicere: Concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute huius Bullæ, etiam si hoc ore tenuis non explicet, sed solam in mente, & cogitatione habeat. Ita sup. hoc ore terus in t. 3. Rodriquez in Bull. §. 9. num. 40. & Fernandez vbi supra tract. 2. lege doctrinam Ref. 106. & §. 10. n. 2. qui n. 3. addit, quod si aliquis confiteatur, vt Indulgentias huius Bullæ obtinet, & Confessarius ex aliam eius malitia non illum absoluat; hoc non obstante, lucrabitur Bullæ Indulgentias.

3. Notandum est etiam, quod in articulo mortis, quando Clericus haberi non potest, laicus potest concedere Indulgentiam Bullæ, vt tradit ex Nauarro, Ioan. Valerus in different. viriisque fori, verb. absolu-

to domo sua infirmo tali absenti applicare Indul-

gentiam? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 46.

Et ad literam in tr. 3. Ref. 134. Sed hic una tantum Ref.

transcribitur.

RESOL. CLVIII.

An in articulo mortis possit virtute Bullæ Cruciatæ applicari Indulgentia ab alio, quam à Sacerdote?

Et an aliquando hec Indulgentia in articulo mortis in casu licet raro possit applicari absentia, videlicet, si Parochus postquam Extremam Vnctionem contulit pa-

nitenti agrotanti oblitus est huius applicationem & in-

firms iam moritur, ne potest Parochus eum adire po-

terit ē domo sua infirmo tali absenti applicare Indul-

gentiam? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 46.

Et ad literam in tr. 3. Ref. 134. Sed hic una tantum Ref.

transcribitur.

§. 1. **N**egariam sententiam docet Ludovicus de la Cruz in Bulla Cruci. dis. p. 1. cap. 8. dub. 14. n. 2. Sup. hoc in Rel. praeterea §. vlt. & infra in tr. 5. Ref. 3. & in tom. 5. tr. 1.

quia in Bulla habetur quod semel in articulo mortis

possit Confessarius Indulgentiam plenariam impen-

dere, ergo qui non fuerit Sacerdos, non poterit id

praestare.